



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

23. Junii. Nihil agendum, aut scribendum, unde rancor, aut amaror aliquis
nasci possit. S. Ignat. ibid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

22. Junii.

In afflictionum genere praeferenda sunt illae, quae sensum inferunt acriorem, sed damnum levius; his enim corpus & molestius, & durabilius affligitur. S. Ignat. in vita apud Mast.

Mortificationi mensuram prudentia statuatur, ne quid nimis, neque quid iusto minus fiat: hujus amor proprius, illius periculum impetus fervoris facit.

Afflictationum corporalium finis sensus est corporis, non detrimentum: plus facit, qui diutius: excessus cum constantia conjungi nequit, qui se multum vult mortificare, moderatè castiget, ista durant.

Satius est, saepius, & per intervalla, quam gravius, & sine requie corpus macerare; si continua sit, sensum obtundit, ab assuetis enim non fit passio: si gravior, tum succumbit a sinu sub onere.

Etiā culicum morsus martyrii palmam mereri possunt, non semper opus est sanguinis profluviò, aut membrorum laniènâ.

23. Junii.

Nihil agendum, aut scribendum, unde rancor, aut amaror aliquis nasci possit. S.

Ignat. ibid.

H §

Ne-

Nemini danda est iusta offensæ causa,
 Nemo tam pusillus, aut vilis, qui ob-
 esse non possit. Et muscis sua bilis, & culicibus
 aculeus est, qui sensum faciat, & tumorem
 creet.

Quæ scribuntur, severiorem vocanda
 sunt sub censuram, per manus, & oculos
 eunt, ætatem ferunt, plures, & gravius feri-
 riunt. Littera scripta manet irrevocabilis.
 Sit sinè felle, sinè aculeo quidquid scribis.

Etiam ubi correctione opus est, ea esse
 debet sinè amaro, sed sicut medicinas au-
 ro, vel saccharite condit medicus, sic ea
 temperanda est, ut non correptio, sed me-
 dela, non pœna, sed beneficium esse agno-
 scatur.

Neminem ad bonam frugem revocabi-
 mus, nisi animum prius, quàm vitia expu-
 gnemus; lucrabimur autem neminem, nisi
 crediderit se amari.

24. Junii.

*Magnum demoni gaudium est, animam
 consultò procedens, sinè frano illius, à quo
 regi deberet; quantò enim talis altius
 enititur, tantò gravius ruet. S. Ignatius
 apud Nolar.*